

Ann. IV.

Num. I.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ANGLIA
Apud BURNS AND OATES

LONDON W. - 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr.
Typogr.

RATISBONIE in BAVARIA

RERUM INDEX

KALENDIS Ianuarii M CMI - Sociis, lectoribus Commentarii nostri hum manissimis	Vox Urbis.
Novo ineunte saeculo	I. Toniolo.
De Ausonio poeta	I. Lemette.
Iesu Christo servatori Deo	A. Cerasoli.
Circa musicam animalia quid sentiant	P. Alexis.
Romuli et Remi pueritia	Laelius.
De fama et longaevitate	M. Lani.
Pallas armipotens quam Botticellius retulit	Forfex.
Cuinam urbis incendium tribuendum quod Neronianum dicitur	G. P. - C. Pascal
Loilius sive de proiecta latinitate	P. Angelini.
Ex Americis - De ingenti rota "Ferris Wheel," nuncupata	H. Doswald.
Communia vitae - Vinea, vindemiae, &c quae propter	H. D. V. Pieralice.
Canum novissima officia	R. Spina.
Annales	Poplicola.
Librorum recensio	A. B.
Aenigmata	Digamma.

In terlia operculi pagina:

PER ORBEM

Viator.

VARIA: Rex florum - Turris ex cornibus - Aurum non aurum - Ioci P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCI

M DCCCCI

PROSPECTUS
SUBNOTATIONIS
Commentarii VOX URBIS
ANNO MCMI

In Italia
Lib. 15.

Sociis,

HESTERNUS
sens xx
inde sociis nost
mini quod iam
est aliquid etia
contingat. Utr
illud virtutum
istud alit suaviss
ad futuri tempo
quis nam vivere
vivimus, quia s

Primum igit
et lectores, ea vi
intertextam aut
cuique optio pa
animis, cum tuli
egregie factorum
nautas devicta
certamen persev
nesciam, intam
nec sumere aut
aurae. Virtus fo
non enim sustin
virtutis sit expe
neca, par quid e
lis iustum virum
etiamsi hanc pr
omnia caduca in
minere finem, ac

NOVO IN

QUA aetate I
caro corrup
renovata sunt ten
tus. Immutatio pri
paullatim deinde
ribus potita, fam
civium, rempublic
sanguinis gentes
sera hereditate ad
in hominum com
boreas vagos sil
cavit. Factum est
quae evangelicis
aures, novi orbis
randam divini co

Aberrantibus
gibus, munusque

Pretium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;
ubique extra Italiam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7 $\frac{1}{2}$**
recto tramite mittendum
ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem
ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

I. - Qui nomen commentario dederit pretiumque subnotationis
sive diribitoria chartula, sive credita et commendata epistola recto
tramite miserit uti supra, pridie kalendas Octobres an. MCMI
praemium sortietur, quod ad provehenda studia dicitur.
Idem tot aureis nummis constabit, quot

Summam Mille Libellarum

(1000 francs)

aequent.

II. - Qui e sociis chartulam, quam ad hoc accipiet, remiserit
suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duobus
tantummodo commentariis solvet pretium; tertium dono habebit;
atque tamen tria nomina in urna ad praemium consequendum
versabuntur.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

KALENDIS JANUARIIS MCMI

Sociis, lectoribus Commentarii nostri humanissimis.

HESTERNUS dies finem xix saeculi, praesens xx saeculi exordia designat. Duplex inde sociis nostris omnium ordo; est enim homini quod iam delapsa in memoriam revocet, est aliquid etiam, quod futura praeripiatur atque contingat. Utrumque iuvat, utrumque placet; illud virtutum recordatio quasi luce perfundit, istud alit suavissima spes, quae fax quaedam est ad futuri temporis removendam caliginem. Ecquis nam viveret incuriosus futuri? Ideo nempe vivimus, quia speramus.

Primum igitur unicuique vestrum, o socii et lectores, ea vita fuit, quam humanis eventibus intertextam aut Providentia constituit, aut sua cuique optio paravit. Virtus, quae vestris haeret animis, cum tulit adversa, si victrix emerserit, vos egregie factorum commemoratione delectat, prout nautas devicta maris ira laetificat. Sin adhuc certamen perseveret, scimus virtutem, repulsae nesciam, intaminatis fulgere semper honoribus, nec sumere aut ponere fasces arbitrio popularis aurae. Virtus fortium est, contendere fortium; non enim sustinendo certamini par est qui omnis virtutis sit expers. Adde quod habet optimè Seneca, par quid esse Deo dignumque divinis oculis iustum virum cum mala fortuna compositum, etiamsi hanc provocaverit. Quin etiam, quum omnia caduca in terris et labentia sint, malis imminere finem, adversis ingruere commutationem

credamus dum altius premunt, dum ferocius instant et urgent.

Durate, et vosmet rebus servate secundis.

Parta igitur ex recte factorum conscientia quiete, ineunte hoc anno, fruamini, qua nihil honesto viro potest esse beatius.

Ad futura quod pertinet, quid aut gratius aut iucundius nobis contingat, quam ut vobis in deliciis habeamur, et amicitia, consuetudine, familiaritate utamur vestra, quibus dum fruimur, ii nobis ipsi videmur, in quos totius orbis oculi et ora videantur esse conversa? Constituimus, vobis opitulatibus, societatem doctissimorum virorum, quae limites gentium omnes tranat, quae ubique locorum suos habet concordi voluntate atque uno eodemque sermonis usu coniunctos. Eequid nimirum, si harum rerum perennitatem et vobis pariter et nobis ominamur? Annus igitur hic auspiciatus vobis esto, idemque initium afferat, diuturnae tranquillitatis et non intermissae laetitiae. Nobis autem quos, elapso nuper anno, vos hanc aliam Urbem adeuntes, tam saepe recreastis, liceat iterum conspectu vestro frui usque optatissimo. Pro vestra denique erga nos humanitate ac benevolentia gratias iterum agimus, toutes relaturi quoties opportunitas referendi fuerit oblatia.

Vox Urbis.

NOVO INEUNTE SAECULO...

QUA aetate Romano imperio declinante omnis caro corruperat vias suas, christiana religione renovata sunt tempora, ordo saecorum novus exortus. Immutatio primum singulorum animos convertit; paullatim deinde rudi plebe, servis, ignaris, pauperibus potita, familiaria vincula instauravit, ordines civium, rempublicam omnem restituit. At, cum latini sanguinis gentes veteris religionis corruptioni miserata hereditate adhuc haerenter, Barbaros illos recens in hominum communitatem ingressos, vel per hyperboreas vagos silvas, ad suum gremium Ecclesia vocavit. Factum est inde ut Germanorum stirpes, quippe quae evangelicis praecepsis magis dociles praebarent aures, novi orbis ad integrum conversionem procurandam divini consilii quasi ministrae seligerentur.

Aberrantibus deinde ipsis Orientalis imperii regibus, manusque suum, quod ad curanda Ecclesiae

incrementa suscepérant, haeretica pravitate deserentibus, ad occidentalia nova regna Pontifices conversi sunt. Itaque Clodoveus, ac deinde eius generis reges, sacri Romani imperii heredes, christianam fidem sua potestate foverunt, extulerunt, dilatarunt.

Sed iam novi ipsi patroni perversas semitas ingrediuntur: Germani imperatores, uterque Fridericus, Gallorum Anglorumque reges, Philippus, cui cognomen *pulcher*, Ioannes sine terra in Ecclesiae potestatem insurgunt; optimatum ordines, regum exempla sequuti, ab ea discedunt. Tunc vicissim potentes Ecclesia derelinquit, populum adloquitur; in civitatibus passim eius favore libertas parta.

Quid plura? quoties humana fata eo discriminis ex universa corruptione visa sunt pervenisse, ut societas ordines omnino resoluti, legum vincula fracta, reipublicae vires deletae iam lugerentur, Ecclesia, humanis destituta praesidiis, ab imis fundamentis hominum societatem toties restituit. Insolita quidem

instauratio: at ea sane, quam nec semel nec iterum humanae historiae adnotarunt.



Nostra vero non adeo intumescit audacia, ut divini consilii abdita impudentes praenovisse credamus; verum, si licet ex praeteritis futura coniicere, iis legibus perspectis, erudiemur perspicue quam versus metam sit iam cuique adlaborandum.

Hac equidem investigatione, novo hodie saeculo ineunte, nulla gravior, cum tot tantisque indicis insolita, neque opinata, neque sperata cuique fata undique praenunciantur. Quae dum properare, dum maturare anxiis coniicimus: Numne, rogare est, similis iam hora imminent, qua humanitas omnis radicitus per Ecclesiam renovetur? Numne plena iam advenit ea morum conversio, per quam, abrasis veteribus ordinibus, tabe et tempore fatiscentibus, novi homines, novaeque vires iuxta Ecclesiae dictamina ad innovandam civitatem exsurgent?



Quod enim a saeculo imminent societati hodiernae discrimen sentimus omnes ad extrema iam adiungi, verbis Séyés vehementius undique insonantibus: « Proletarii, qui ante optimatum conspectum flexis genibus pusillos vos creditis, surgite! » At profecto nulla praefulget in periculo salus, nisi quam spondet Ecclesia. Una enim, inter tantam veterum ordinum recentiorumque ruinam firma manet in petra, una coram fremente populo civilem ordinem restituendam habet. Cui quidem unicae iam medelae confisi, populi et reges sumunt animum et in bonam spem eriguntur: insolitae sane aetatis insolitus augurium!

Augurium autem dum laeti illucescente nova aurora excipimus, bonorum omnium largitorem Deum eudemque hominum clementissimum Patrem vehementer obsecramus, ut proxime affulgentem spem salutis universae plenius citiusque maturet.

JOSEPHUS TONILO.

DE AUSONIO POETA⁽¹⁾

POTIOR operum Ausonii pars idyllis continetur et epistolis, quibus maxime se et latini sermonis doctum et poeticae facultatis praestantem probavit. Inest enim pluribus huiusmodi carminibus ab auctore nostro conscriptis nonnulla vis et iucunditas tum ex verbis optime lectis, tum ex rebus apte compositis, tum ex floribus luminibusque, quibus suos passim conspersit numeros. Quod iis qui lecturi sunt patebit, si iudiciis a me, pro mea tenui facultate proferendis, versus ipsius poetae quosdam subtexuero.

Quae ab Ausonio « idyllia » inscripta sunt carmina, non eiusmodi sunt quae bucolica tantum, seu pastoralia argumenta tractent. Hoc quippe nomine

(1) Cr. an. III, n. XX.

designabant veteres poemata quaedam quibus aliquid describeretur, et poeticis pingeretur coloribus. Proinde hoc nomine veniebant et locorum descriptiones, et laeti alicuius facti narrationes, et lusus quavis de re ad delectandum accommodatus (1).

Hac ratione idyllia scripsit Ausonius XX. Quae a criticis magni aestimantur; quamquam non idem omnibus pretium adjudicant. Habent enim nonnulla et levitatem et lasciviam.

Hoc in vitium maximè incurrit idyllum XIII, *Cento nuptialis* dictum, quod ipse Ausonius «frivolum et nullius pretii opusculum» appellat, nos autem obscenum ludum dicimus, qui nauseam tantum lectori pudico simul et litterato movere possit. Centonem (2) hunc ad nuptias describendas, rogante imperatore Valentiniano (qui eadem ratione idem argumentum tractandum usurpaverat, tentareque volebat quid hac in re familiaris sibi poeta posset), composuit Ausonius ex Vergilianis carminibus hinc inde collectis atque ita apte inter se consutis, ut de inconnexis continuum, de diversis unum opus conderet. Piget euidem Vergiliani carminis dignitatem tam turpi dishonestasse materia.

In eamdem vituperationem idyll. VII cadit, quod *Bissula* inscribitur, cuius maior pars et lascivior perit.

His carminibus et aliis missis nihil viro gravi dignis, alia occurunt miranda certe tum ob quiddam, quod in iis latet, suave et ingeniosum, tum ob vere poeseos artem, numerorumque conspicuum magnitudinem.

Cuiusmodi est idyll. I, *Versus paschales* dictum, quo apertis atque satis magnificis verbis fidem asserit catholicam:

*Tu Verbum, Pater alme, tuum, natumque, Deumque,
Concedis terris totum, similemque, paremque,
Ex vero verum, vivaque ab origine vivum...
Trina fides, auctore uno; spes certa salutis
Hunc numerum iunctis virtutibus amplectenti.*

Quod si eum quandoque Musa ad gravitatem sermonis allicit quo mores proborum laudantur, improborumque castigantur, divitem veri poetae venam agnoscere, ut in idyll. XVI *De viro probo*; adeo ut eius versus ob eam quam prae se ferebant dignitate e Vergilli ingenio prodiisse putaverint. Nonnulli enim idyllia Ausoniana XIV, XVI-XVIII illi poetarum principi adscribere non dubitarunt.

Et suavissimus quidem est Ausonius atque iundissimus cum rosas depingit (idyll. XIV) exortiente novo lucifero rutilantes:

*Ambigores, raperente rosa aurora ruborem,
An daret, et flores tingeret orta dies.
Sed addit flebili, ut ita dicam, calamo:
Ecce et defluit rutili coma punica floris
Dum loquor: et tellus tecta rubore mitat.
Tot species, tantosque ortus, variosque novatus
Una dies aperit; conficit una dies.
Conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum est;
Ostendala oculis illico dona rapis.
Quam longa una dies, aetas tam longa rosarum,
Quas pubescentes iuncta senecta premitt.*

(1) «Idyllium» a greca voce Ἰδύλλιον quae ab ἴδει originem dicit. Porro ἴδει; poetiarum genus designat cuiusmodi sunt odae, idyllia pastoritia, elegiae, etc. Ab hac generali significacione in strictiorem est vox traducta, adeo ut nunc «idyllium» pro bucolico tantum carmine sumatur.

(2) Est «cento» carmen ex versibus alicuius auctoris ad rem quamdam continentem explicandam compaginatum: cuius confessio memoriae fere solius negotium est, potiusque exercitationem sapit ludicram quam gravem. Inter christianorum poetarum opera qui saeculo IV decori fuere, locum obtinent *Centones* a clarissima foemina Faltonia Proba e carminibus Maronis excerpti ad testimonium Veteris Novique Testamenti.

Coronidem iam prospexit:

*Collige, virgo, rosas, dum flos novus et nova pubes,
Et memor esto aevum sic properare tuum.*

Alias vero suavitati gravitatem iungit, ut quisque perspicere potest ex idyll. II, quo villulam suam optimis exornat versibus:

*Salve, herediolum, maiorum regna meorum,
Quod proavus, quod avus, quod pater excoluit;
Quod mihi iam senior, properata morte, relinquit.
Eheu! nolueram tam cito posse frui!
Iusta quidem series patri succedere; verum
Esse simul dominos gravior ordo pii.*

Haec sane iucunditate plena; sed parvum herediolum praedicando in hanc gravem devenit sententiam:

*Parvum herediolum fateor, sed nulla fuit res
Parva unquam aequanimitis...
Cui nullus finis cupiendi, est nullus habendi.
Ille opibus modus est quem statuas animo.*

Verum inter idyllia duo praestantissima sunt notanda, quorum unum *Mosella* inscribitur (idyll. X) eo quod in eo Mosellae fluvii, qui ex monte Vogeso oritur et per Theodonis Villam, Treviros et Confluentiam in Rhenum defluit, laudes celebrandas suscipit, forte quod Mosella Augustam Trevirorum alluit, quam tum imperatores maxime colebant. Alia praeterea causa fuit, ut imperatorem Gratianum laudaret, qui reversus ab expeditione sua adversus Germanos et Suevos per Mosellam amnem Treviros advenit triumphantium more exceptus. Laudes autem Mosellae ita perseguuntur, ut primum aquae nitorem et navigandi facilitatem, porro piscium quibus scatet varia genera, deinde ripas vinetis consitas, villas, prata adiacentia, flumina denique in ipsam decurrentia, et alia quaedam celebret, quae non tam ipsi fluvio quam poetae ingenio debentur (1). Uno verbo, ex poematiis Ausonianis illud perfectissimum visum est ut solum, aiunt docti viri, ad poeticam Ausonii laudem sufficeret.

Alterum idyllum (quod IV ordine est) exhortationem continet ad nepotem Ausonium de studio puerili. Hoc in carmine poeta suam scribendi rationem ad pueri captum ingeniose accommodat (2), ita quidem ut etiam maturae aetatis viris placeat.

Primum quidem monet nepotem ne magistrorum formidet disciplinam, quippe salubrem:

*Disc libens, tetrici nec praceptoris habenas
Deleteare, nepos. Nunquam horrida forma magistri.
Ille licet tristis sentio, nec voce serenus
Aspera contractae minitetur iurgia frontis,
Nunquam immanis erit placita assuetudine vultus,
Qui semel imbuerit.*

Ex quibus verbis facile coniicitur veteres ad informandos artibus et bonis disciplinis iuvenes et severitate usos esse et austoritate; quinimo nec a virginis abstinuisse. Quippe sciebant, quamquam non legerant, «eum qui virgæ parcit, odisse filium suum» (3), et «stultitiam colligatam esse in corde pueri, quam sola expellet virga disciplinae» (4). Audi poetam:

*Ne metuas: quamvis schola cum verbere multo
Increpet, et truculenta senex gerat ora magister.
Degenere animos timor arguit: at tibi comta
Inrepidus, nec te clamor plagueque sonantes,
Nec matulinis agilet formido sub horis:
Quod sceptrum vibrat ferulae, quod multa supellex
Virgea, quod fallax scuticam praetexit aluta.*

(1) Cfr. Praef. huius idyll. in *Bibliotheca Latina* a Lemaire collecta, t. I *Poetarum Minorum*.

(2) «Dicam me huiusmodi versibus foris erubescere», ait Ausonius filio suo Hesperio, ad quem carmen illud examinandum mittebat. «Haec annis illius (pueri) magis quam meis scripsi, aut fortasse et meis, δις πατέρες οι γέροντες».

(3) *Prov.* XIII, 24. (4) *Ibid.* XXII, 15.

Scio equidem hanc educandorum puerorum rationem non omnibus, nec saepius ipsis probari parentibus. Quid inde? Pigri, effeminati, molles a ludo in publicum prodeunt iuvenes, mox malis omnibus immigrandi.

Pergit deinde Ausonius nepoti tradere studiorum rationem:

*Perlege quodcumque est memorabile...
Conditor Iliados et amabilis orsa Menandri
Evolvenda tibi.*

Haec de graecis. De latinis autem fusius: praeci- puos monet legendos: Horatium, Terentium, Vergilium, Ciceronem. Nec minutus res, cuiusmodi est ipsa legendi ratio, notare omittit:

*... Tu flexu et acumine vocis
Innumerous numeros doctis accentibus effe.
Affectusque impone legens. Distinctio sensum
Auget, et ignavis dant intervalla vigorem.*

Quem ad laborem pueris informandis necessarium vires ut pueri ministraret et animos, suum avorumque proponit exemplum:

*Hac gradire via qua nos praecessimus, et cui
Proconsul genitor, praefectus avunculus instant.*

De idylliis satis me dixisse puto, quibus eorum pre- prium declararem.

In epistolas autem Ausonii (1) quasdam animadversiones subiiciam quae illius ingenium plenius aperiant. His in carminibus eiusdem fere indolis se prodit quam antea notavimus. Varie de variis aut disceptat, aut, ut plurimum, ludit. Solutum sermonem metrico permiscet, latinum graeco, ita quidem insolenter, ut unum versum latinum graecus sequatur, isve qui graece desinit caput habeat latinum.

Non ulla ratione cum epistolis Horatianis Ausoniana possunt contendere. In his enim quaerenda non est Venusini poetae gravitas iucundo sale condita, sed artem ab illo discas versus fere de nugis componendi. Argumenta levia; forma tamen dicendi nonnunquam politissima.

Ex omnibus vero excellentissimas illas epistolas puto, quas ad sanctum Paulinum, discipulum suum, scripsit: quibus patet non modo quam familiares essent, sed etiam quibus studiis dissimiles. Namque cum Paulinus, ineundae perfectioris vitae causa, se ipse subduxisset a mundo, inque Iberiae quamdam solitudinem contulisset, ut soli Deo studiisque sacris vacaret, id aegre ferens Ausonius, utpote rerum fluxarum blandimentis implicitus, pluribus litteris amicum, quem filium appellabat, ab instituto deterrere conatus est. Quo quidem in labore tempus operamque poeta perdidit; verum in querimonii proferendis veram summamque nactus est eloquentiam.

Ad verbum transcribendae forent epistole XXII, XXIII, XXIV; vi et motibus excellunt. Audis magistrum et patrem amantissimum de discipulo carissimoque filio querentem:

*To sine, nullus grata vice provenit annus:
Ver pluvium sine flore fugit; canis aestifer ardet;
Nulla autumnales variat Pomona sapore;
Effusaque biennem contristat Aquarius unda.
Agnosce tuam, Ponti dulcissime, culpam?*

Accurre, o nostrum decus, o mea maxima cura!
Votis, omnibusque bonis, precibusque vocatus,
Appropora: dum tu iuvenis, dum nostra senectus
Servat inexhaustum tibi gratificata vigorem.
Et quando iste meas impellet nuntius aures:
«Ecce tuus Paulinus adest»?...

(1) Epistole Ausonii XXV numero restant; ceterae perierunt. Pro certo enim habemus ab Ausonio multo plures ad amicos et litteratos viros missas fuisse.

Cumque Paulus moveretur vonsonum alloquitur poeta, atque iram convertit.

Te popule...

Te belli se...

Ergo meum...

Bibilis, aut...

Hic trabea...

Constituis, p...

Haec, et alia nam ditissima tacta fuisse; et melioribus titulis.

IESV·CHI

MARCO

DIVIN

GENTIBVS

VICER

REVER

Atrum

Late cunc

Gens hum

Contempt

Mortis co

Fraternoq

Ast inson

Sponso sa

Margarita

Vili sub sp

Occlusum

Orantis ge

En mirum

Nubes sac

Aram; ian

Festivas cl

Illapsa e

Caelestisq

Quid tanta

Quod perfe

Antebac pr

Extemplo

Caelorum

Incessuque

Olli caesa

Praecinctiq

Transfixiq

Diffiso asp

Exsultare

Quod circ

m rationem
parentibus.
ludo in pu-
minibus im-
e studiorum

ius: praeci-
entium, Ver-
iusmodi est

necessarium
a vorumque

et cui
stant.

eorum pre-
dam animad-
gium plenus
re indolis se
e variis aut
tum sermo-
, ita quidem
secus sequa-
latinum.

ianianis Auso-
quaerenda
do sale con-
re de nugs
men dicendi

as epistolas
ulum suum,
familiares
es. Namque
causa, se
e quamdam
isque sacris
erum fluxa-
ris amicum,
ere conatus
nque poeta
ndis veram

tolae XXII,
Audis magi-
culo carissi-

:
r ardet;

a.
?

cura!
tus,

enectus
:

eterae perie-
res ad amicos

Cumque Paulinus hisce paternis, ut ita dicam, minime moveretur vocibus, neque verbo neque scripto Ausonium alloqueretur, omnem affectum vim exhaustit poeta, atque in Iberiam, quasi detineret amicum, iram convertens, exclamat:

*Te populent Poeni, te perfidus Annibal urat.
Te belli sedem repeat Sertorius exsul.
Ergo meum patriaeque decus, columenque senatus
Bibilis, aut haerens scopulis Calagurris habebit?
Hic trabeam, Pauline, tuam, Latiamque curulem
Constituis, patrios isthac sepelibus honores?...*

Haec, et alia multa, magnum poetam produnt. Utinam ditissima huiusmodi vena saepius Ausonio detecta fuisset; et religionem et ingenium proprium melioribus titulis illustrasset!

I. LEMETTE.

IESV·CHRISTO·SERVATORI·DEO

QVI

MARGARITAE · VIRGINI · ALACOQUE
PARODII · IN · GALLIAS
DIVINOS · CORDIS · SVI · THESAVROS
GENTIBVS · VNIVERSIS · LARGIENDOS · APERVIT
REPARATAE · SALVTIS
VICESIMO · EXORIENTE · SAECVLO
REVERENTIS · ANIMI · TESTIMONIVM

*Atrum nox tenebris occupat aëra;
Late cuncta silent: fessa laboribus
Gens humana levat corpora, et otio.
Curas implacidas premit.
Contemptor Superum nocte nefarios
Mortis corde dolos nexuit improbo
Fraternoque inhibat sanguine vindicem
Ultor tingere dexteram.
Ast insons manibus pectora et integro,
Sponso sacra tuo, Virgo Parodia
Margarita, Deum flagitiis gravem
Placas suppliciter gemens.
Vili sub specie, Numen amabile
Occlusum colitur virginæ prece;
Orantis gemitus, spicula ut ignea,
Caecum per tenebras petunt.
En mirum! roseo lumine contegit
Nubes sacrificam, victimæ qua Deus,
Aram; iam redolent undique suavibus
Aurae noctis odoribus.
Festivas choreas agmina caelitum
Illapsa e superis ducere gestant;
Caellestisque cohors sidere clarior
Adstat virginis ad latus.
Quid tanta haec retegunt omnia? quid parant?
Quod perficit amor, gentibus abditum
Antehac prodigium, postera concinnet
Summis saecula laudibus.
Extemplo mediis sistitur angelis
Caelorum Dominus Christus ab aethere,
Incessuque patet Rex hominum et Pater,
Praesens supplicibus Deus.
Olli caesaries aurea defluit,
Praecingitque caput colla et eburnea;
Transfixique pedes et teretes manus
Splendent purpureis rosis.
Diffiso aspicias pectora, ab intimis
Exsultare sacrum Cor penetralibus;
Quod circum, supero non sine munine,
Flamarum rutilant globi.*

*Sectum sanguineo vulnere Cor rubet;
Scissumque, heu miserum! vepribus horrida
Pectus dilacerant serta; stat insuper
Vexillum impositum crucis.*

*Tum Jesus placido fatidicos, manu
Cor dium reserans, ore resert sonos:
« En Cor, quod veteri progenitos Ada,
Patris criminè perditos,
Aeternis adamans deperit ignibus.
Haud expletus amor quem patitur modum?
Ast, heu! quis properat casta rependere
Nostri pignora pectoris?*

*Lingua dic resona, dic, age, gentibus,
Dulcis sponsa, meum Cor redament: Deus
Iam cunctis referet munera caelitus,
Largam pro tenui vicem.
Non coecos paveant daemonis impetus,
Non sacros hominum prava iubentium
Incursus, animi non inamabiles*

*Aestus, non fera vulnera.
Quidquid me rogant Cor per hoc igneum
Mox addam Ipse lubens; hoc erit omnibus
Moestis perfugium, rebus in asperis
Certum subsidium et salus».
Dium Cor recinat viva perennibus
Saeclis laus hominum, grataque iugiter
Exoptatus amor non superabili
Flamma pectora concemet.
Cor Iesu in populos imperium gerens,
Victrici domitos subiicit cruci;
Donec terrigenas et superos amor
Uno foedore vinciat.*

ALFONSUS CERASOLI S. I.

CIRCA MUSICAM ANIMALIA QUID SENTIANT

*Qualis populea moerens philomela sub umbra
Amisos queritur solet, quos durus arator
Observans nido implumis detraxit, at illa
Flet noctem, ramoque sedens miserabile Carmen
Integrat, et moestis late loca questibus implet... (1).*

MINI non sponte insomni iam alta nocte, et prope Belisarii turrim ad Salariam portam subiectas considerant Lucilleae domus et Sallastianæ ruinas ab excelso solario, in mentem ista redibant, cum e Burgesiano rure, villisque proximis lusciniarum omnia melos completeret, et, quasi ut melius audirent, circum essent omnia muta. Tristes fortissimi ducis casus et exitus, recordatio praeteritorum temporum, labentia in conspectu moenia aliquid lugubre inducebant in animam, quae a Vergilianis versibus ad ea flexanima Torquati carmina, Vergilio tam bene obsequientia, ferebatur (2).

At, cum dolore obstringimur aliquo, commune nobis est aut oculos in terram defigere, aut ad caelum levare. Quid?... Terra caduca omnia monet, etiam dolorem; caelum admonet ibi esse et aliquid et Aliquem unde veniat auxilium, et Quo consolemur; passiones autem huius temporis deferre ad gloriam, quae revelabitur in nobis, ubi pii, ubi aequanimes ea sustineamus in pace, quae a conditione mortali separari non possunt. Quemadmodum enim et gelu et aestu, et siccitatem et nimios imbres, et cetera naturæ mala, sic improborum invidiam et iniurias tolerare debemus. Vitia erunt donec homines, sed

(1) VERGIL. *Georgic.* lib. IV, v. 510 et seqq.

(2) Cfr. TORQUATI TASSI *Gerusalemme Liberata*, c. XIV.

neque continua; et meliorum interventu pensantur. Haec ego mihi ex Paulo, ac Tacito, cum ad me devenerunt lugubres bubonis et strigis et noctuae voices feralia sua per murorum diruta recitantum, haud aliter ac si tot subversa aeternum pulcherrima lamentarentur, et nova rursus infesta praenunciarent. Undenam ista simul, eodem sub caelo, eademque sub nocte, tam diversa? Locis quaeque suis conveniebant; respondebant singula regionibus, unde movebantur. Laeta quidem e vernanti floribus et iucundissimo rure; tristia e ruinis, quae tot adversa cladi bus, incendiisque memorabant. Est igitur quoddam vinculum, est nexus quidam arcana inter loca et voces incolarum, quo balatus ovium et mugitus boum aliiquid commune habet, quod pratis pinguis et uberbis campis conveniat, dum ululatus luporum et fremitus ursi non absonat a tenebrosis cavernis et a silvis obscuris. Solitudines Lybicae, et sole torrido aestuentes arenas rugientes amant leonem, cuius vox per Insubriae et Campaniae culta haud aqua tonaret. Corvorum crocitatu spoliatae frondibus quercus et candentes nive rami sonant; squalentes dies, procellaeque sonantes vocibus respondent ovantium gutture, nigrisque pererrantium aerem alis. Quid si diebus hisce, si rigentibus terris adessent alaudarum cantus, et melos philomelæ?... Non foret equidem locus, dum amoena veris, Zephyrumque halitus, tepidique imbres et laetitia reflorentium arborum, resfrondescientiumque pratorum talia sunt, quae concentibus harum volucrum digna videantur.

Nulla porro vox est, quae absque sono, grato vel minus, edatur, atque ideo nulla animantibus absque musica vox. Ad quam edendam primo requiritur gutturis idonea conformatio, dein indoles canora, deinde adjuncta loci, victus ac temporis. Haec autem simul omnia prorsus negata piscibus, concessa quadrupedibus tantummodo ex parte aliqua, atque eadem adeo exigua, ut ex hisce ne unum quidem animal sit, cui aliquid humanis auribus iucundum natura indulserit, avibus concessa quadam pleno cornu videmus, ita ut, paucis exceptis, iisque mole maioribus, cantores praestantissimi inter volucres habeantur. Pleisque autem ex hisce non modo guttur, et indolem, et quae loca, victimum, tempusque contingant, natura dedit, sed etiam ad imitationem optimi cuiusque soni ingenium proclive. Quid? Interdum tale, quod e suavioribus inter suaves suavissimos concentus legit, ex hisce autem suavissimis et selectis phrases eligere quasdam sciat sibi maxime, et fortasse vel alii delectiosas.

Delphines in mari sunt, qui humanis vocibus luentes præbere aures dicuntur, et Simonis nomine gaudentes. Notæ horum historiae, eaque clarissima adamantis puerum, quem exspectabat venientem ad litus, solita si hora maturior, ad vocantem nabat, dabantque humeros, quibus puer insederet, diuque vehens per undas, ut bonus equus, longe latèque equitatbat, blandiebatur autem sedenti ubi voce salutaret, et ad ripas denique referebat. De delphinibus tantum in moto grege haec notuerunt. Defuisse experimenta credo de reliquis piscibus.

Ad quadrupedes autem bestias quod attinet, hoc non modo plures, sed innumerabiles ferme offert casus, in quibus manifestum sit musica cieri sensus quosdam, excitari in sanguine, in corde, in cerebro animalium nonnulla per sonos, per concentus, per choros tum instrumentorum, tum vocum; esse tamen diversa diversis, et non modo iuxta diversa genere et specie, sed etiam in specie una non a singulis eadem sentiri. Tympanorum fragorem coria-

ceorum lupus horret ac fugit; tigris furore incenditur, furiisque ardet immanibus. Elephas, qui leonis rugientem non timet iram, a grunniitu maialis territus refugit. Quid ultra, si leo ipse robustissimus, immotus tympanis, immotus quibusvis animantium vocibus atrocissimorum, canente gallo terretur et fugam arripit? Sunt canes, quos musica fugat, sunt canes, quos eadem attrahit, notumque nomen *Parade*, de quo Descuret pulcre tradit in libro, qui *Medicina cupiditatum* inscribitur. Musicus quippe iste canis, qui sine domino, sine domo, frustulis et ossibus per vias et in angulis forte quaesitis, et repertis, miserrime vivebat, musicae militaris cohortis in area Elysiorum concinenter nunquam quovis vespera defuit, atque ita voluptuose audiebat, ut brevi cognitus magnam apud musicos, musicorumque ducem adeptus sit gratiam. Qui tamen quem secum adducere optarent lubentissime audiendum et fide magna ad eos accedentem et redeuntem, nunquam tamen potuerunt deducere. Unum ab iis gravabundus et laetus accepit, ut medius turbae circumsonanti astaret iuxta musicae turmaeque ducem rhythmos gestu moderantem. Fuit mihi canis, *Lesbinus* nomine, corpore mediocri minor, inter Venaticum et Laconicum genere, qui ubi ego - morabar tunc in oppido Aequiculorum arduo - mecumque sacer et cognata, advesperante caelo, chely, cythara, lyra musicam sono cantuque exerceremus, etsi placidissime dormiret, repente experrectus adveniebat, sedensque secus pedes, in nos vultu intento, auditurus manebat, satis manifesta praebens non modo voluptatis in audiendo, sed etiam cognitionis in discernendo musicam a musica, signa. Namque ubi aliquod lugubre et flexanum a Bellinio praesertim ederemus, lacrimari quasi solebat, excitari vero in iis, quae bellicum clangenter, eoque ut interdum ringeret torva tuens; semper vero tacitus magna religione auscultabat. Ubi autem ventum esset ad opus, quod *I due Foscari* inscribitur et Iosephus Verdi modulatus est, atque ad amussim ad illas preces

Tu, al cui sguardo onnipotente,

ille miserabiliter concinere nobiscum, et eiulare ita acute, ut cantionis notas aequaret. Prece absoluta, conticescere; si rursus, etiam ille iterum in lamentationes eiulatusque prorumpere. Quod equidem ridiculum nobis, at doctis interdum hospitibus gravissimum videbatur; memini enim ex hisce quendam inde voluisse adstruere pythagoreae metempyscosis commenta.

(Ad proximum numerum).

P. ALEXIS.

ROMULI ET REMI PUPERITIA

SUMMA in Capitolii arce, post aeneam illam sacra antiquitate venerandam lupam, quae geminos Urbis conditores prodigio mansuefacta ferinis ubeibus alit, nullum ferme illustrius tantae fabulae monumentum musae constituerunt hac tabula, Rubens, Bataviae pictorum principis, manu expressa. Quamquam delineatum quod proferimus exemplar vix est, ut umbram tantae pulcritudinis lectoribus innuat.

Nimis enim pallescit coloribus expers artificis opus, cuius una pree omnibus calliditas et vis ipsis in redendis laudatur.

Quam quidem peritiam tabula haec una pree ceteris evincit, in qua etsi tantum geminos spectaverimus pueros, tam roseo aspectu florescere credamus tamque insolito lumine renidere, ut non tam Martis, quam ipsius Solis ope genitos fuisse ambigamus. Quid de veneranda Tibernini patris figura deque Reae Silviae matris digna venustate, de Faustuli aduentis stupore?

Imminet geminis blandiens rava lupa, dum avis e ruminali fico ad Romulum gaudio gestientem convolat, lactanti pueru Romanae fortunae auspiciū, quam erat conditurus; pictori autem gloriae suea omen praeclarum, quod novo operi aequales simul et posteri decreverunt.

LAELIUS.



Petri Pauli Rubens tabula
Romuli et Remi pueritiam referens.

DE FAMA ET LONGAEVITATE

APUD plerosque xix saeculo salutare dabatur non men, utpote saeculo, quod medicaminibus repertis multis, quibus et medicina et chirurgia, et vendi ratio commodiores atque ampliores factae sunt, multum infirmitatibus morbisque abstulit, multa saluti humani generis contulit. Neque hi omnino aberrare a veritate videntur; nam inserta canum rabie, tabo inserto, flogosi, ut aiunt, inflammatione nimirum, quoad vulnera domita, lepram curante munditie, bubonica lue obsidionibus coercita, sexcentis denique cum adinventis et adminiculis pharmacopeis munitis, ab apollinaribus aquis ad iuvantes pulveres ex gerinali et minerali regno conquisitas, secundiore praelatio adversus mortem bellatum est, et bellatur.

Plerisque contra sententia est male saeculum hoc de humana vita esse meritum; nam sexenta mortis genera, ignota prius, aut rara saltem, attulit, tum vaporibus deviantibus, tum electride, nimium familiari, occidente, tum bellicis instrumentis perfectis, tum labore nimio gravatis ab ipsa pueritia hominibus, atque confectis.

Verum dum utrique tam diversa conquirunt, ta-

bulas et elenchos conficientes, quibus proprio argumento faveant, inopinum aliquod multis, fortasse omnibus, extulere, quo vetus illa opinio diruta est, vulgato a priscis ad nostra usque tempora sermone percrebrescens, qua eruditiores homines, magisque in studia incumbentes breviorem pree ceteris vitam comparare, et constituere sibi ferebantur. Atque in hac excudenda et manifestanda veritate, factis et syllabis innixa solemnibus, rerum publicarum documentis suffulta, eruditissimus ex America vir Thayer princeps effulget, quem ego honoris causa nomino, ita porro ut Gallico Descuret suus, debitusque sit honor, sit etiam gratia; nam in aureo libro, quem octoginta circiter abhinc annis conscripsit, et *Medicinam cupiditatum* nuncupavit, elenches publicis, Gallicis autem tantummodo usus, idem ostendit. Quod quidem immerita excitare oblivione nobis aequum visum est; non enim qui loricatum hodie pelago navem credit, ille navalis rei auctor habendus, sed qui prior excavato trunco, aut integro obequitans, maris, etsi litoranei, pericula provocavit.

Thayer hic igitur quingentos ac triginta viros et feminas in album rededit, qui xix saeculo litterarum, artium, scientiae, militaris rei, administrandae reipublicae peritia pree ceteris toto orbe maxime floruerunt, atque singulis vitae annos apponens, et, edita proportione inter eos, in hanc devenit sententiam, medium singulis vitae octo et sexaginta annis, mensibusque octo fuisse. Qua de re, cum reliquis hominibus vita triginta inter et quadraginta sit annos, his et fama, et studium, famae laudisque auctor, etiam duplicatae vitae auctor exstitit.

At singulare quod est, et insipientes atque intuentes non mediocri admiratione percellit, illud profecto est, quod per quamdam quasi scalam, quosdam quasi per gradus vitam partitum per singulas virorum species, atque constituit. Patet enim viros requirentes in peritia sua modos musicos breviore pree poetis, pictoribus, atque sculptoribus vita uti; item philosophos magis obnoxios esse morti pree naturalium rerum peritis, pree chimicis, pree historiographis. Undenam hoc? Numquid ideo vita fragilior, quia delicioribus corporis fibris compactum, aut affectuum iugi commotione vita magis quassata, aut in praedilecto obeundo munere ita deducta, ut plerumque ciborum oblita comedorumque, quibus alitur vita, recreatur ac reficitur, corporis viribus detrahatur quod in elevando animo superimpedit?

Musicis itaque scriptoribus inter duos et sexaginta annos vita a nostro Thayer tribuitur, quasi medium; poetis, pictoribus, theologis atque sculptoribus, quae inter sextum ac sexagesimum annum sit. Notanda vero hic discriminis causa inter Thayer ac Descuret circa theologos occurrit; ille enim in theologos viros refert non eos, qui pacifico studio speculativae doctrinae dant operam, sed qui diariis publicis, quotidianis, ut ita dicam, opusculis praeliantur, ac proinde potius in albo litteratorum et ceu ephemericum scriptores constituendi sunt; Descuret contra diurnam pree omnibus vitam presbyteris, monachis, medicis ac monialibus adscribit, causam longaevitatis tribuens tranquillitat spiritus, moribus

optimis, ab sequi sunt, sacerdotes saepissime affectis.

Historia octo ac tria decim, octa rios. Hisce « magistratio, quam de ipsa magistratu lux vetustate stra vitae, Minores historicis nomos, archi mines omnis nis illis addram rerum s At historicis bellatores illi in pugnarum vel plumbi

Abstulit atra At, qui exerci abhinc saecu inter nonaginarios novem cim ex Euro Unde ipsis v ptuagesimum quoddam de quasi quadam duces, quippe ratoribus ang non enim iis gesimum ann et breviores

Qui vero prae praeunt, sepi Atlanticum

Haec ille nos inficias in quid gloria coniuncta non notam al quae diurna quisiverit. *I bos miraris? quos enumeratentia: « Plurimales in vita sed et parent*

Quid deditio loci dioribus locis ribus. Quin saeculum, at divitibus, neq; ribus, sed in p rerum, scientia

Haec itaq diurnioris ferri, cum hi

s proprio argumtis, fortasse inio diruta est, mpora sermone es, magisque in ceteris vitam antur. Atque in te, factis et sylarum documenca vir Thayer causa nomino, debitusque sit reo libro, quem cripit, et Mediis publicis, Gal ostendit. Quod nobis aequum qui loricatam credidit, ille na pendus, sed qui co, aut integro es litoranei, pe-

r quingentos ac minas in album cculo litterarum, litaris rei, admittit peritia prae xime floruerunt, annos apponens, inter eos, in hanc medium singulis annis, mensi- Qua de re, cum ta triginta inter nos, his et fama, audisque auctor, e auctor exstitit.

Qui vero rebus publicis gerendis praesunt, septuaginta vivunt annis cis Atlanticum mare; trans, uno minus.

Haec ille Willelmus Thayer, nec nos inficias imus. At dum quid fama, quid gloria ferat cum longaevitate coniuncta notamus, aliam exspectamus notam ab auctore diligentissimo, quae diuturnae vitae causam altius inquisiverit. «Innumerabiles esse morbos miraris?», inquit Seneca; «coquos enumera!» Itemque nota sententia: «Plures occidit gula, quam gladius!» Quid mores in vita? Neque tantum adolescenti victuro, sed et parentibus, ex quibus in filios vita dimanat.

*Aetas parentum peior avis tuit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiisorem.*

Quid denique quoad diuturnam vitam erit in conditione locorum? Quae quidem brevior est in calidioribus locis (zonas dicimus), diuturnior in frigidioribus. Quinimo ipsis in temperatis saepe praeverit saeculum, atque hoc plerumque usuvenit non in divitibus, neque in celebrioribus, neque in sapientioribus, sed in pauperibus, in humilibus, in plebe ignara rerum, scientiae rudi, quae diem labore terit.

Haec itaque exspectamus; tunc vero fatebimur diuturnioris vitae causas, quae sint vere tales, affirri, cum his omnibus adminiculis responderint.

M. LANI.

optimis, absentiae morborum, qui vitiorum pedissequi sunt, tum etiam remediis, quibus et medici et sacerdotes excipiendis confessionibus dedit semet saepissime muniunt adeantes et adstantes contagio affectis.

Historiarum scriptores hoc saeculo celeberrimos octo ac triginta auctor enumerat, septuagenarios decem, octuagenarios duos, totidemque nonagenarios. Hisce ergo vitam inter tres ac septuaginta annos adscribit. Nonne et hac etiam de causa nuncupanda «magistra vitae» historia videtur, addita significatio, quam profecto Tullius ipse non sensit, quando de ipsa magnifice edidit: «Historia testis temporum, lux vetustatis, vitae memoria, magna veritatis»?

Minores uno tantum anno prae historicis chimicos, physicos, astronomos, archaeologos, litteratos homines omnes; denique viros disciplinis illis addictos ceteris, quae naturam rerum scrutantur, Thayer affert. At historicis aetate pares habent bellatores illustres, iis exceptis quos in pugnarum periculis ante diem, ferri vel plumbi vi, casu

Abstulit alia dies, et funere mersit acero.

At, qui exercitibus praeſuere dimidio abhinc saeculo, triginta indicat, quos inter nonagenarios duos, octuagenarios novem, septuagenarios undecim ex Europaeis copiis recensentur. Unde ipsis vita inter tertium ac septuagesimum annum, quasi medium quoddam decernitur. Notantur hic quasi quadam singularitate Europaei duces, quippe quia Americanis imperatoribus angustius imminent fatus; non enim illis ultra sextum ac sexagesimum annum vita inter latiores et breviores fines porrigitur.

Qui vero rebus publicis gerendis praesunt, septuaginta vivunt annis cis Atlanticum mare; trans, uno minus.

Haec ille Willelmus Thayer, nec nos inficias imus. At dum quid fama, quid gloria ferat cum longaevitate coniuncta notamus, aliam exspectamus notam ab auctore diligentissimo, quae diuturnae vitae causam altius inquisiverit. «Innumerabiles esse morbos miraris?», inquit Seneca; «coquos enumera!» Itemque nota sententia: «Plures occidit gula, quam gladius!» Quid mores in vita? Neque tantum adolescenti victuro, sed et parentibus, ex quibus in filios vita dimanat.

*Aetas parentum peior avis tuit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiisorem.*

Quid denique quoad diuturnam vitam erit in conditione locorum? Quae quidem brevior est in calidioribus locis (zonas dicimus), diuturnior in frigidioribus. Quinimo ipsis in temperatis saepe praeverit saeculum, atque hoc plerumque usuvenit non in divitibus, neque in celebrioribus, neque in sapientioribus, sed in pauperibus, in humilibus, in plebe ignara rerum, scientiae rudi, quae diem labore terit.

Haec itaque exspectamus; tunc vero fatebimur diuturnioris vitae causas, quae sint vere tales, affirri, cum his omnibus adminiculis responderint.

M. LANI.

PALLAS ARMIPOTENS QUAM BOTTICELLIUS RETULIT

Quae prostat oculis virago, eam Palladem esse, ex olivo, quo cingitur omnis, ex hasta, quam gravissimam gestat, facile sese tradit dignoscendam. Deam enim plures a Graecis dictam ex voce παλλάς voluere, quod hastam teneat ac vibret; simulque olei primam inventricem fuisse patet ac lanifici, quibus erga humanum genus beneficiis, divinos honores adeptam. Nescio vero utrum pari iustitia laudes meruerit ob inventum illud teterimum, quod hasta significat, bellum, inquam, cuius et mater, et princeps,

CUINAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM QUOD NERONIANUM DICITUR⁽¹⁾

V.

CLAR. vir Carolus Pascal animadversiones in me nuper misit, in superiore commentarii numero relatas, qua nonnulla indicat additque, quibus ipse suam sententiam praeſtantius tueatur. Misit idem et opusculum, recens praeſo datum, quo sua argumenta amplificat, quae opusculo primo vulgaraverat. Ego vero, ne quid praeposterum sit, susceptum a me ordinem nunc prosequear; re autem absoluta, ultima viri, ceteroquin acuti, propugnacula subruam. In opus incumbo.

Pascalius primum scribens libellum in omnes totius orbis terrarum Christianos vertebat crimen incendi, quippe

qui, incitantibus epistolis Apostolorum Petri, Iacobi, Pauli, quinimo Iesu Christi ipsius Evangelio, nihil praeter flamas et incendia spirarent (2). Iamque, si vera tradidisset, universus orbis eodem incendio flagasset. At in ipso iam libello primo, ubi ad triarios ventum est, incendium illud universale orbis ad incendium unius urbis contrahebatur, quasi Christiani totius orbis non eadem sentirent, quae unius urbis Christiani sentiebant. Alterum deinde vulgans libellum primo consonum, sed ampliore paludamento circumdatum, rem iterum arctius contrahit, et quod incendi crimen in omnes Urbis Christianos cives impigerat (3), nemine excepto, coercens et coangustans, iis tantummodo Christianis adscribit, qui Neroni, qui praetorio tum servi, tum milites operam et officia praestabant (4). Non is ero qui incendiariorum horum nomina, unius saltē, requiram; id tantum adfirmo, idoneas incendio causas minime adstrui, siqua adstruantur e frustulis Pauli, Ioannis, Petri, Christique farcimatum more conditis atque constrictis, frusta etiam reluctantibus chronologia, sensu et integratate sententiarum. Argumenti enim Pascaliani haec est vis: «Epistolae Pauli, Iacobi et Petri, Apocalypsis, Evangelia de fine mundi per ignem loquuntur; inter Christianos autem facinorosi numerari poterant, itemque pii qui adventum Christi iudicis expectarent. Ergo fieri potuit satis probabiliter ut ii praedandi causa, ii ad ciendum iudicaturum Christum Urbi incenderint».

Atqui a posse ad esse non valet illatio. Ergo adversus ea, quae in Neronem profecto, in Christianos minime, tamquam explorata ac certa traduntur quoad incendium illius temporis ab historicis, praeſumptiones Pascalianae, ac sophismata hodierna, quasi Priami telum imbelli sine ictu cadunt.

Quid iucundius legenti? Quos Pascal putat Christianos dicendos, ut ipse ait, auctoritate Petri, Pauli, Iacobi, ii auctoritate Iacobi, Pauli et Petri minime Christiani diciendi sunt, nam *inimici Crucis Christi* appellantur, nempe aut apostatae, aut apostatis peiores haereticī (5). Ergo si iis incendentibus conflagravit et arsit Urbs, ipso iudice Pascal, testibus vel idoneis Petro, Paulo et Iacobo adhibitis, quos in iudicium ipse vocat, Christiani non sunt in criminis incendiis.


(1) Cfr. num. sup.

(2) CARLO PASCAL, *L'incendio di Roma e i primi Cristiani* (edit. 1^a), a pag. 14 ad pag. 19.

(3) Id. ibid. a pag. 9 ad 16.

(4) Id. ibid. edit. altera, pag. 7, lin. 12 et seqq.; pag. 15, lin. 20 et seq. in pag. seq.; pag. 17 et 18, lin. ult. et pr.; pag. 33 et seq.

(5) Vide opusculi 2^{am} editionem, pagg. 5, 6, 9, etc.



*Pallas,, Alexandri Botticelli tabula.
(Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).*

et patrona omni tempore habita est. At quo patre natam eam in sua tabula reddidisse Botticellum putemus? Num a Iove, num a Nilo flumine, num a Pallante Titano?

Prætereo; unam enim illam contemplor, quam auctor pulcherrimam, exquisitam, suavissimam pinxit, adeoque flava coma ornatam, ut fuso auro, vel ipsius Phoebi radiis circumamicta appareat. Quare in hanc potius sententiam inducor, a pictore deam relatam quasi Apollinis matrem, cum id etiam, tot inter dea, ei maiores adscriperint.

FORFEX.

Alteri vivas oportet, si tibi vis vivere.

(SENECA, Epist. 43).

Nocere facile est; prodesse vero difficile.

(QUINTIL. lib. 8).

Tunc autem profecto incendiarios Pascal Christianos ostenderet, quando ex epistolis Apostolorum, quando ex Evangelii incendiis praecerta proferret, aut saltem praecptum nocendi illis, a quibus damnum Christiani accepissent. At in libris illis sanctissimis nihil de hoc; sed praecptum de caritate perenne et continens, praecptum de iniuriis damnisque non ulciscendis, de retribuendis prece, ope, misericordia inimicis, de beneficiis sine mora in eos effundendis, qui odia adversus exercerent; immo quotidiana iussa precatio: « dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus ». Qui autem contra haec praecpta fecerint, aeternis cruciatibus addicuntur, et Christianorum consorciis ac societate expelluntur. Quo igitur animo, sodes, Christianos eos audes dicere, qui, confitente te, inimici sunt Crucis Christi, quorum finis interitus, dum illi Christiani tantummodo dicendi sunt, qui non modo amici sint Crucis, sed eam amplectantur, Christumque sequantur, atque illam et venerantur et colant, atque ita Christo conformes fiant, ut quasi totidem Christi, qui caput est, membra tanto digna capite habeantur?

Hoc solum maneat exploratum, iudice te, Christianos incendi reos non fuisse; et iudicio tuo nunc redire absolutos. Fuisse apostatas, fuisse haereticos, fuisse omnes quos a se Apostoli, Evangelia, Ecclesia removebant, detestabantur, arcebant, et nec: avel, salutati reddebat, te ne iuvat? Curnam Christianos eos dicis, qui Christiani non erant, qui Christum exuerant et eiecerant, qui a christiana communione desciverant? Hi non Christiani, sed Apostatae, Ebionitae, Gaulonitae, Carpocratiani, Gnostici, Nico-laitae nuncupabantur et nuncupantur. Ipse talia fateris (1).

Quae cum scriperis et evulgaveris, locus fundamen-tumque deest, ut dicas a piis Christianis Urbem fuisse incensam, ut iudicaturus Christus regnaturusque maturius ciceretur. Praedictis enim accedit quod si pii, si obsequentes Apostolis, ut ipse fers, si Evangelio gerentes morem, ostendenda sint prius evangelica illa et apostolica de incendiis excitandis praecpta, ostendum nocendi mandatum ab illis emissum, ab istis susceptum; secus dementes et bardi effingerentur, qui non fuerunt inter martyres, et nunquam et nusquam tales comperti sunt.

Sed iam mecum relegas quot labores. exercueris tenax

(1) Opusc. 2^a edit. pag. 9, v. 20.

251

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Sed, ante quam hi, Iosephus Flavius, in libro contra Apionem, dubitaverat, an Homeri actate exarandarum literarum ratio esset pervulgata; quae si nulla fuit, utrumque poema - si modo confici sine scriptura potuit - voce proditum depravari necesse fuit atque corrumphi. Ac, vivo etiam tum Iosepho Flavio, Dion Chrysostomus docuit, troicum bellum fictam esse et commenticiam fabulam ab Homero prolatam. Antiquissimis etiam temporibus quae-situm est, an Homerus poematis partes iam ante tractatas et a rhapsodis per Graeciam cantitatis collegerit ac disposuerit ut nunc habemus. Nec vero defuerunt qui sibi viderentur in veterum scriptis invenisse quaedam, ex quibus suspicari licet, dubitatum ab ipsis, fuisse Homerus nec ne. Illud certe constat, anno MDCCLII, doctissimos quosdam Galliae viros publice disputasse, Home-rum poetam, auctorem Iliadis atque Odysseae, nunquam fuisse. Haec sententia, quam in disciplinae sue nervis quasi inhaerens Vieus probavit, ad quam postea Volfius accessit, hactenus apud eruditos homines nonnulli auctoritatis obtinuit. Aferunt autem primum errores temporum...

Treb. — Desiste haec persecui fusius. Alium quaeras, cui lepida ista suadeas. Nonne satius est mutum esse, Asellae more, quam quae nemini probentur loqui?

Alb. — Non dixi ea mihi probari, sed rem fuisse diu disputatam. Quae disputatio, siquidem ad litterarum, seu mavis ad errorum historiam pertinet, haud negligenda videtur. Ceterum sua quisque defendat quae sentiat; ego, si ad eorum sententiam non accedo, quos modo nomi-

propositi, quot asperrima, et ardua, et abrupta nudo inveris pede, ut meta poteris optata, a qua devius inde abivisti.

Primo enim Plinium, Suetonium, Dionem Cassium ex albo virorum dimovisti, et quasi homunciones, et balatrones, et plebeculam, et imperitos dixisti, qui, siqua coram oculis et sub naso haberent, non cognoscebant.

Dein arreptum Tacitum apertissimis recalcitrantem sententiis ac sensu et consilio contra obnitentem, contra illa eadem, quae tu ipse in tuo Lexico Ciceroniano scripsi (1) contra morem modumque Tacitanae narrationis detorsisti.

Tertio: sacrif vagus in Litteris, et peregrinus eo processisti, ut incendiariorum excitatores non modo Apostolos criminatus sis, sed Christum ipsum, cuius verba tibi nova fuerant, quippe illa antiquiora non noveras: « Deus noster ignis consumens est »!

Quarto: rem integrum in omnes Christianos porrectam sceleri immani, ad Urbis incolas corripis; correptam iam inde minuis, et in alias omnino, praeter Christianos, convertis; atque eo deduceris, ut si tibi constare et consentire voluisses, scribendum esset in tui fine libelli: « His emergit, et emicat Christianos incendi reos non fuisse »!

G. P.

Cl. v. Carolus Pascal novas animadversiones in G. P. misit, quae sequuntur:

QUAE G. P. in commentario cuius inscriptio est: *Vox Urbis* (num. XXIV, pag. 189 et seqq.) addit de Neroniano, quod dicitur, incendio, eo spectant, ut in Taciti verbis « haud perinde in crimine incendi convicti sunt », vox ea quae est « crimen non pro facinore ipso, sed pro facinoris accusatione habeatur. Evidem consentio, qui in opusculo meo (pag. 34) haec scripsi: « La reità fu provata solo in parte per la prima accusa; per tutti fu provata la seconda accusa, quella più generica ». Sed quid hoc valeat ad meam sententiam imminuendam, me non intelligere fateor.

At Tacitus (*Ann. XV, 67*) Subrium Flavium tribunum inducit, Neroni probra obicientem, eumque « incendiarium » appellantem! Scio equidem; quin etiam et ipse

(1) Praeter ea quae retulimus de voce *crimen*, cfr. pagg. 651, 525, 434, 175, 164, voc. *subdere*, quam, perinde, *flagitium*, fateri.

navi, non adducor opinionis novitatem, sed argumentorum inopia. Nam, si arbitrum capiam diem, ipsa huius opinionis vetustas; te auctore, me coget de Homericu paricio cogitare.

Treb. — Paullum tibi assentiar, modo ista laudes ut antiqua.

Tum Lollius, Philippus et uterque Piso ad se arcens Albinum laudibus cumularunt. Nihil tamen adolescentis animum affecit suavius, quam praesidis vultus male simulantis asperitatem, eiusque verba sic dimitentis: — I, furcifer: serva vocem ad meliora.

Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella (1).

Fit murmur; variae molis et munditiae attolluntur libri; trepidis digitis commentarioli voluntur, teruntur; volitant per angulos Ciceronis, Horatii, Vergillii nomina; Catoniani accingunt operi; frons plus una est, Lollii

Iudicis argutum quae non formidat acumen (2).

Tandem paratis erectisque omnibus, praeses: — Accedat — inquit — Arcadius Servantius e collegio Catoniano, secumque ferat Ciceronis *de Oratore* librum primum.

Adstat illico iuvenis, magno cum fastu circumspectans, quasi victoriam relaturus inter eos qui sese exercent Iovi Olympio, consulatatisque doctoribus, concionabundi more explicat chartam.

Cui Lollius, comiter invitatus a praeside ut interrogaret: — Scire velim — inquit — qui mutuus intercedat nexus inter partes tullianae huius trilogiae, hoc est inter libros *de Oratore*, *de Officiis*, *de Republica*; tunc etiam quem sibi finem constituerit auctor in scribendo de oratore. Puto enim non tam propositum Ciceroni fuisse opus tradendae

(1) *Georg. IV, 169.* (2) *Hor. ad Pis. 364.*

protuli locum (pag. 36 adn.); neque enim unquam negavi complures fuisse, Neronis aequales, qui hoc facinus ipsi tribuerent. Unde hic rumor extiterit et quomodo longe lateque sit propagatus, coniectant sum assecutus.

Pauli verba minime ignoro, cum Romanis dicat: « Vesta oboedientia in omnem locum divulgata est ». Quae verba ad probos temperantesque viros sunt referenda, non mehercule ad eos, de quibus Paulus in litteris Philippen-sibus Roma datis tam vehementer queritur.

Postremum argumentum ex eo petitur, quod etiam extra Urbis moenia per totum terrarum orbem in Christianos est saevitum. Quid enim commune cum incendiariis habeant qui longinquis in regionibus vitam agebant? At, si quidem extra Urbis moenia poena est perva-gata (quod negarunt permulti: Dodwell, Gibbon, Merivale, Overbeck, Görres, Keim, Duruy, Renan, Blackburn, Schiller, cett.), huius rei causa inde petenda est quod de christiano nomine delendo tunc cogitarunt homines, « datis legibus palamque edictis propositis », ut Sulpici Severi (*Chron. II, 41*) utar verbis; Christiani enim odisse genus hominum novaque res moliri putabantur, id quod facile explicari poterit, si quosdam ex iis vel incendum confessos esse statuamus vel in hoc crimine esse convictos (1).

CAROLUS PASCAL.

EX AMERICIS

De ingenti rota “Ferris Wheel” nuncupata.

QUIDQUID pulcri exstitit in terra atque admirandi, id innumerous ex toto terrarum orbe semper delectavit viatores, qui visendi gratia, permultis itineris periculis contemptis, ab extremis advenere regionibus. Nonne et opipara illa omnium rerum Expositio Lutetiae habita hanc ipsam confirmat sententiam?

Sunt enim in excelsis montibus, sunt in variis terrae

(1) In opusc. meo, pag. 34: « allora non si volle sapere altro, si fece l'arresto in massa dei Cristiani, e niente di essi smontò la sua fede; solo questi ultimi dichiararonon aver preso parte all'incendio, come i primi; ma era lo stesso, erano tutti rei di quel podio umano, che aveva armato le mani di fiaccole: furono tutti condannati ».

rhetoricae, quam docendi, quae nova studiorum ratio deceret auctam rempublicam.

Obstupuit Arcadius, et frigidior hieme gallica factus: — Huic — inquit — *trilogiae* nondum animum applicui.

Loll. — *Trilogiam*, dicas, producta vocali i.

Arc. — « Graeca per Ausoniae fines sine lege vagantur ».

Loll. — Age: comminiscere ergo. Quaero, quid sibi velit haec Tullii sententia: « Nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus » (1).

Insudantem ut interpretaretur verba illa: « rerum magnarum », Trebatius intercepit: — Haud equidem tantum oneris imponam nostris adolescentibus, nihil ut iis putem licere nescire. Satis est ut ornate ab iis copiose dicatur.

Loll. — Quaesito, quibus de rebus?

Treb. — Omni de re, quaecumque sit proposita.

Loll. — Tua vineta caedis. Nam, si omni de re orator debet esse ad dicendum paratus, « oportet ex rerum cognitione efflorescat et redundet oratio » (2). Itaque « nemo potest ea de re, quam non novit, non turpissime dicere » (3).

Treb. — Infinitum quid postulas, ac temere das adolescentia vix quae sunt maturae aetatis, rerum scientiam et intelligentia prudentiam. Quin animum potius advertis ad ea quae monet Quintilianus: « pueris quae maxime ingenium alant atque animum augeant praegenda; ceteris, quae ad eruditionem modo pertinent, longa aetas spatium dabit » (4).

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) *De orat. I, VI, 20.* (2) *Ibid.* (3) *Ib. XXIV, 10.*
(4) *De Inst. Orat. I, VIII, 8.*

urbibus
maxime p

Cum h

lustrasse

denuo sum

vita; viae

electride a

illinc prop

vix possin

ipso capite

scurrunt v

percellit au

ex concurs

pervenimus

gens et im

et ingenio

properemu

atque altio

Miracul

praestat, n

gare. Inger

stat rotis,

sunt contis

trabs ferre

iorem rota

minor, ines

stans, eode

sunt levior

junguntur

ex chalybe

quadraginta

ferrei et 2

quam a lon

Praeterea i

vigintisept

novem ped

quadraginta

igitur, si to

bras pond

nudata qui

similes, qui

et 140 pedu

subterranei

guntur. Di

vero 825 p

Quibus

culis iamia

nos gradat

sensim asc

elevamur a

dere videm

dum oculi

assecurati

et prospicimu

Lincoln vi

hic, quoqu

gentem de

etu, illuc

urbibus multa, quae curiosos advenarum oculos quam maxime pascunt. Sed ad rem!

Cum hoc iam diu advenissem, multaque visu digna lustrassem, medium urbem cum carissimis meis ephebis denuo sum ingressus. Hercle! quae ibidem industria, quae vita; vias plastris, cisis, carpentis, curribus rhedisque electride actis plane refertae; homines vero seduli hinc illinc properare, festinare, quasi, quam appetunt, metam vix possint contingere. O! quantus ibi tumultus; supra ipso capite, in ponte ferreo electrica velocissime transcurrunt vehicula; nil praeter rumorem et strepitum percussit aures; tua prolata vix audire potes verba. Quo ex concursu effugientes in aliam minus perstreptem pervenimus partem. At ecquid cadit sub aspectum? Ingens et immanis videtur esse rota, americana industria et ingenio exstructa; ad quam, mirandi causa, laeti appropremus! Quo proprius accedimus, eo maior appetet atque altior, et postquam ad petium rotae locum tandem advenimus, attoniti consistimus.

Miraculum ferreum portentumque operis mirari praestat, modumque, quo extorta est, diligenter indagare. Ingens haec et immensa rota duabus vere constat rotis, quae aequae magnae ferreis inter se coniunctae sunt contis. Utique autem extremae rotae flexa et cava trabs ferrea est, $25 \frac{1}{2} \times 19$ digitorum. Quam inter maiorem rotam et ferreum rotae axem, altera quidem, sed minor, inest rota, quae quadraginta pedes a prima distans, codem modo est perfecta. Trabes tamen extremae sunt leviores, quae omnes robustis firmisque radiis et coniunguntur et continentur. In media rota iacet permagnus ex chalybe confectus triginta tres digitos crassus et quadragintaquinque pedes longus axis, in quem omnes ferrei et $2 \frac{9}{16}$ digitos crassi rite convenientur. Hos quum a longe asperxeris, perninium tenues esse videntur. Praeterea inter extremas trabes triginta sex ampla, scilicet vigintiseptem pedes longa, tredecimque pedes alta atque novem pedes alta, suspensa sunt vehicula, quorum cuiilibet quadraginta percommode incident vectores. Quid mirum igitur, si totum haud dubie admirandum opus 8 568 000 libras pondo habet! Verum totam rotae structuram duea nuda quidem, sed ferreae fulcunt turres, pyramidum similes, quibus stabilia 40 \times 50 pedum fundamenta sunt et 140 pedum altitudo. Huc accedit, quod turrium pedes subterranei 20 \times 20 pedum fundamentis inter se coniunguntur. Diametrum totius rotae 250 pedes, circumscriptio vero 825 pedes, et latitudo 30 pedes attingunt.

Quibus recte riteque consideratis, unum ex rotae vehiculis iamiam ingrediamur. Io! rota vaporis vi iam mota nos gradatim in altum tollit. O! qualis quantusque nobis sensim ascendentibus aspectus! modo enim super vicina elevamur aedificia, modo nullo fulcro nisi in aere pendere videatur; nunc animus stupore et horrore persunditur, dum oculi in altam despiciunt abyssum; nunc verticem assecuti et 265 pedes a terra distantes, in amoena prospicimus regionem; hic venustissimum nobis arredit Lincoln viridarium, illic caeruleus Michiganensis Iacus; hic, quocumque te acies oculorum tulit, nil praeter integrum domorum et aedificiorum molem est in conspectu, illic permuta catholicae religionis templo signo Crucis ornata nostram excitant animadversionem, nobisque persuadent, catholicam religionem heic mirum in modum florere. Sed iam descendimus, et simile propemodum spectaculum iterum demulcet visum.

Iaque latissime patet, singulare hoc et egregium opus artifici Ferris multae famae esse atque gloriae, quam ob causam rota *Ferris Wheel* appellatur. Profecto, quotquot Columbiana illa omnium rerum Expositio allexit spectatoribus, tot artificiosum hoc opus magno cum stupore admirati sunt. Nonne talis tantaque etiam in Parisiensi Expositione exstitit rota? At Vieillotius, humanissimus ille vir, nos de hac re proculdubio faciet certiores (1). Valete.

Chicagine, x kal. Dec. MCM.

HIL. DOSWALD.

(1) Exstitit sane; at frustra, amice, ab A. Vieillot requiris. Ille enim iam Lutetiam Parisiorum deseruit, pelagusque remittitur ritora petens, quae voluit nobis ipsi ignota. Neque mirabimur sane si litteras... ex ultima Africa, aut e Sinis receperimus! Facit qui potest! — v. u.

COMMUNIA VITAE

Vinea, vindemiae, et quae propter. (1)

HISCE prolati tacueram, et praemia mei sermonis expectans in Aristidem intuebar; quum ille: — Conticescis modo? — inquit — et, uvam cum dixeris, vim praeferis? Ecce separabis matrem a filio, qui nec tibi, nec ulli hominum ingratus est? Ego qui, inter continentiae fines tamen, vino delector, illud Pauli sequutus « utere modico vino propter stomachum », itemque illud Biblicum vetus « aequa vita vinum in sobrietate », peto abs te quo pacto conficiantur vina illa, quae « Falerna », quae « Massica », quae « Coa » olim appellabantur, atque alia de re hac, utinam sexcenta!, praebeas, iuxta ea, quae in usu nunc sunt; quae ubi dixeris ac nomine suo recipaveris, obruam quoque te vino insuper, et hodie quasi Noemius alter *tota cantaberis Urbe*.

— Ne facias, oro — respondi — praesertim quum ego vino libentius abstineam, quam utar, praesertim illo, quod non sit optimum.

Tum Aristides iram simulans: — Atqui ego — inquit — male mulcabo te, qui vinum expertus meum (vitreas enim ad te ampullas misi), sibyllino isto calumniaris eloquo.

— Falleris, o bone Aristides; quippe ideo timeo, quia optimum. Avunculus enim meus, cui tanta debeo, sedulo me monere solebat uti de tribus quotidie Deum vehementer precarer, nempe ut a me vinum optimum, mulierem pulcrum, amicum dolosum averteret.

Dum ille redditurus contra aliiquid erat, colona vinearum ex aede dominica egrediens: — Venite, properate — conclamat; — « macariones » enim in mensa sumigant odoris, deliciosi.

— Pulcre! — exclamat omnes. Haec addenda latinæ vox est, qua designant Itali « lagana » non ad taeniae, sed ad funiculi modum in longum secta. Nomen quippe rei convenit e greco idiomate, quia laetitiam et felicitatem conviviantum excitant; hoc enim *paxāpōs* probe significat. Vulgus ita appellavit ab immemorabili; numquid ita et antiquitus?

Inter haec coenaculum adimus, et heroica praediti fame mensis accumbimus.

Neque, ut tunc, unquam latius ampliusque fuit in mensarum praxi proverbium: « In principio silentium, in medio stridor dentium, in fine rumor gentium ». Neque me interrogetis quae fecerim, quantusque fuerim furcula metuendus et cultro. Illa quippe feci quae in eadem re quisque et fecisset et facere voluisset.

Ast ubi adempta fames, et amor compressus edendi,
spumeique vino calices copti sunt circumferri, primum singuli, mox omnes bona dicere Aristidi verba, laudare epulas, vina laudare, confiteri se nihil unquam, praeter talem diem instaurandum, desideratu. Ille polliceri se instauratur ubi exprimenda uvis musta cupis credita clarescerent; compositumque dilatumque in idus Novembres diem redeunt convivii accumbentes uno ore laudarunt.

Iamque convivio finis aderat; inclinato iam sole, de repetenda Urbe inibamus consilia, cum Aristides: — Non licet hinc ulli — inquit — abiare, nisi ligna super foco largius reponamus: — conversusque villico horatianum prosequutus est:

Iamque benignius

*Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota.*

Qui ad aliquod munus opusque vocari sentiens, ad quod autem vocaretur, Horatio insuetus, non bene intelligens, accurrit, atque sollicitus petit: — Quid a me, domine mi?

— Vina vitro condita, quae « in apotheca vinaria » vestitissima sunt, citus affer, ut antequam discedamus hi libent.

Tum ad nos conversus:

O fortis (ait) et multa laborum

*Saepe mecum passi, nunc vino pellit curas,
Cras ingens iterabimus aquor.*

(1) Cfr. an. III, num. XXII.

Plausimus omnes; et: — Fausto — quidam exclamavit e nobis — fausto succedant Musae pede,

*Scilicet interdum vinum ipsae oluere Camoenae,
Dicite et egregio carmina digna vino.*

Quasi, data porta, erupere epigrammata, donec ad vesperascente caelo fuit de repetenda Urbe consilium asinariis dimissis; salutare quippe saturis futurum erat iter pedestre, frustra nonnullis concitantibus Salernitanum illud effsum: « Post prandium stabis, post coenam ambulabis ». Aristides enim reconditum proverbiu sensum nova explicazione illustravit, asserens illuc agi non de homine, sed de hospite, qui, ubi prandium fecisset, commorari in hospitio amici coenatus deberet, neque repetendam huic esse domum nisi post coenam. Quamobrem et secum nos ad coenam aut rapturus, aut deducturus erat, et in ea quaestionem de vino propone statuerat, uti, quae nunc sunt vina in usu, ad illa priscorum nomina referrentur. Quis enim nunc bibens affirmare poterit, palato iudice, hoc est Chium, hoc Lesbium, illud Caecubum, istud Calenum, aliud Massicum, aliud Falernum?.. Vix recte scimus quae horna, quae severa, quae destruta, quae languidiora. Titillabat quippe crudito digna viro interrogatio; sed nos coenam recusare omnes, ne disrumperemur rursum edentes, et sententiam communem omnibus altiusque sedentem animis, horatiano consecravimus carmine, quo novum in alteram diem decerneretur convivium Novembribus idibus:

*. . . . Tunc genium mero
Curabis, et porco bimestri
Cum famulis operum solutis (1).*

Horatii auctorati acquiescens — ecquis contra ausus esset? — nostrum quemque suam in domum redire passus est, data tamen fide, qua de vini huiusmodi inter Communia vitae quaestio et proponeretur et agitaretur. Ipse sic opusculum exaravi.

H. DE VECCHI PIERALICE.

CANUM NOVISSIMA OFFICIA

QUAE multiplicita et varia canes, belluarum omnium hominibus fidelissimi, in dominorum utilitatem hodie expletant munera, ea nunquam credam apud veteres sustinuisse. Num igitur Darwinio asseclisque eius assentiendum, qui bestiarum etiam animos, non aliter quam nostros, similibus progressus legibus regi docent?

Sed, ut gravia loquar, certum est equidem Bungartz, Germanum pictorem, qui belluinas reddere formas in deliciis habet, haud multis abhinc annis in hoc venisse consilium, ut piissimis sodalitii, quod a « rubra cruce » vocant, muneribus, canum auxiliarios manipulos submitteret. Absentes enim post maxima huius saeculi praelia tanto numero milites, quorum plurimos ad necem non vulneratos, investigantibus sodalium oculis effugisse credendum est, peracutas ferme canum nares per fovearum vel silvarum impervia usque ad unum adinventuras probe speravit. Nec satis; militibus enim auxilia ferentibus longe infidiore per hostium fines viam esse sensit, quam belluus mitissimus, quarum transitum prohibueret nemo Manus ad rem statim admotae. Selectos canes, quos Scotti ad gregis custodiā adhibent, diurno, patienti, assiduo labore et exercitatione novi officii peritissimos reddidit. Onus itaque ephippii ad instar belluacis impositum, hinc cibis, et ignitis medicisque potibus refertum, inde balzamis linteolisque, quibus saucia membra liniantur. Ephippium rubra cruce obsignatum. Mirabile equidem visu! Concitatus ad insolitam venationem canis currit, olsfacit, abdita vesigia sequitur, et nunquam aberrans, recto trahente vulnerato adstat. Qui, si aliquantulum viribus adhuc polleat, impositis belluae pharmaci utens, redintegratur, postque ipsam reducem, dummodo valeat, ad nosocomium pergit; secus autem ipsa bellua ad suos iterum intacta redit, qui lecticam ad sustinendum miserum, ipsa ductrice, remittant. Hoc ritu audivimus Coblenzas inter

(1) Od. lib. III, 17

m unquam negavi
i hoc facinus ipsi
et quomodo longe
m assecutus.
manis dicat: « Ve-
lalgata est ». Quae
unt referenda, non
litteris Philippen-
tritur.

titur, quod etiam
n orbem in Chri-
nunum cum incen-
us vitam agebant?
na est pervagata
Gibbon, Merivale,
Blackburn, Schil-
est quod de chri-
homines, « datis
ut Sulpicii Severi
enim odisse genus
tur, id quod facile
endum confessos
esse convictos (1).
ROLUS PASCAL.

CIS
„ nuncupata.
que admirandi, id
semper delectavit
periculis con-
bus. Nonne et op-
etiae habita hanc

nt in variis terrae
si volle sapere al-
niuno di essi smenti
on aver preso parte
, erano tutti rei di
di fiacole: furono

ndiorum ratio de-
e gallica factus:
um applicui.
ocali i.
es sine lege va-
quaero, quid sibi
esse omni laude
magnarum atque

la: « rerum ma-
equidem tantum
ihil ut iis putem
ioseque dicatur.

t proposita.
nni de re orator
ex rerum cogni-
aque « nemo po-
me dicere » (3).
mere das adeole-
erum scientiam
potius advertit
ue maxime in-
egenda; ceteris,
a aetas spatium

ANGELINI.

Ib. XXIV, 10.

militares exercitationes decem et octo milites vulnera simulantibus, qui sese tam tute abdiderant, ut quam diligentissimam suorum investigationem fefellerint, a quatuor canum manipulis usque ad unum esse detectos.

Sed attonitos iure lectores quod tanta feris peritia insit, manet tamen eventus, quo et vehementius obstupescant. Gandavenses sciunt, quorum per suburbia silvis et hortulis amoenissima, nocturnis tecti tenebris latrones et sicarii ad scelestia sua crimina impune plerumque grassabantur. Ecquid tamen? Quod milites, a publica tutela vocati, soli nequierant explere munus, canum auxilio statim consequuti sunt. Belluarum selectam manum tunc Gandavenses huiusmodi milites erudiendam sibi suscepunt. His pusiones primum propositi, qui feriendi, qui furandi, qui effodiendi, qui fugiendi motus effingerent: in hos canes incitati primum, deinde edocti, ut reum quam blandissime dentibus arriperent, nec morsu nec unguibus laederent. Immo, cum ad explorandas tebebras una cum milite exirent, laxiore aliquo fraeno eorum ora cohibentur, quo a cibo et a veneno, si quis forte submittat, praepeditantur. Manipulus peritissimus ad sexdecim iam capita crevit, quorum acies et dentes cattissimumque cursum longe vehementius nefarii homines, quam militum diligentiam, pertimescant. Peractas inter venationes nocte, illucescente aurora revertuntur belluae ad cubilia, quae et nitida, et cibis apte paratis reserta, venatores optime de civitate meritos condignum veluti praemium manent.

Haec merita, has laudes, post congeneres suos qui ex Terraenovae genere nati demersos ex undis eruunt, vel qui Sancti Bernardi montis in cacumine nive obrutus a seculis sospitant, belluarm agmina canino nomini addunt.

R. SPINA.

ANNALES

Boerorum paelia - Sinenses negotiations.
Iubilaei magni solemnis occlusio.

BOERORUM fortuna, quam natalicii feriis approximantibus superiore anno prospere elatam recordamur, his quoque diebus iterum redintegrata videtur concordi tot imperatorum virtute, quibus supremam sue libertatis spem defendere ad incitas usque est commissum. Ad Aliwal North enim Boerorum cohors, repentina ausu fines transgressa, Anglicam coloniam rursus invasit; deinde in partes duas divisa, altera post fusos apud Navitgedact hostes, Philipston versus urbem iter facit, altera, cui Herzog praeest, Vaal flumen, inter Odentalstrom et Bethulle loca, cum transierit, in Credock agrum properat. Haec inter, legio, cui Delarey dux praeest, Clements, Anglorum imperatorem, ad Magalias collem congressa, quatuor centuriis, ex hostium Northumberland legione, in deditioinem exceptis, reliquias eius copias abire coegit.

Dewet vero, tot inter duces audacissimus, in Tabanku regionem una cum suis militibus irrupt; sed repulsus ab hostibus, ab incoepio tandem recessit. Tum Knox, Anglorum tribunus, celerrimo quo magis posset itinere, aut arripere fugientem, aut saltem contra Tabanku et Ladybrand oppidis et copiis impellere ratus, insequitur, ut iniquo loco ad pugnam vel ad deditioinem cogeret. Attamen, post binos dies in persecutione consumptos, cum sese iam attigisse eum crederet, ille ex angustiis sospes effugit.

Itaque Kitchener ducem tradunt nova iam auxilia sibi ex Anglia submitti expostulasse, quae ferme Anglorum constantia nec exigua nec lenta concedet.

In Sinis assueta vice inter ambiguas et diurnas negotiations pertrahuntur dies, dum legiones omnes hibernia sibi parant, et Pechinum in urbem iam multi

cives ex plebe redeunt, atque ad sua commercia, et opera iterum intendunt. Audimus autem id esse his diebus expletum quod tamdiu in votis erat, omnes gentium exterarum legatos in unam eamdemque pacis componendae formulam consensisse, descriptasque ad rem condiciones singulas sua manu signasse. Quapropter, cum mox ex altera parte Li-hung-ciang et Cing, Sinensium legati, suas et ipsi litteras imperiali sigillo signatas aliquando exceperint, minime videntur de pace tandem componenda omnes frustra confidere.

*

Sacer annus, clausis in vigilia Dominicæ Nativitatis sanctis quatuor basilicarum ostiis, confectus est. Purpurati patres V. Vannutelli et F. Satolli, qui Liberianae et Lateranensi basilicae archipresbyteri praefecti sunt, portas suae quiske ecclesiae Pontificis delegatione occluserunt: in Ostiensi autem cardinalis E. M. Parochi idem munus explevit. In Vaticanam denique basilicam ipse Pontifex, albo induitus pallio, aula nobili comitante, prope ad meridiem descendit. Postquam aliquot tempus genibus flexis oravit, ipsi et populo, ex alto ad hoc peristylio, reliquiae insigne, quae inibi asservantur, ostensae fuerunt: Dominicus vultus in Veronicae pannulo impressus, lignum S. Crucis, Longini militis lancea. Recessus deinde inter ovantem populum Pontifex, cum ostium sanctum ultimus transisset, in eius limine auratos lateres tres ipse depositus calceque cooperuit: deinde, cum post eum cardinales, antistites et optimates suos quiske lateres poneret, Ambrosianum hymnum cantores et populus recinuerunt.

Quod cum fauste et feliciter expletum sit, triduanae supplications undique per Urbem indictae, ut de beneficiis a Deo nobis exactum per omne saeculum perque recens annum sacrum concessis grates reddamus, utque novo aëvo exorienti propitium et clementem omnes deprecemur.

POPLICOLA.

LIBRORUM RECENSIO

LUISA ANZOLETTI, Eugenio Di Bisogno. — Florentiae ed. Commentarius, cui titulus *La Rassegna Nazionale*, MDCCC.

Eugenii Di Bisogno, vitae elegantia, morum suavitate optimo, cuique acceptissimo et primo vel flore iuventae bene iam de ingenuis artibus meriti, Aloysia Anzoletti, foemina clarissima, laudes quadam, ut sic dixerim, professione pietatis, strictim attingit. Quas qui legerit dignorem negabit iuveni, quem amissum dolemus, virtutum praeconem contingere potuisse, quippe et in verbis copia et in sententiis nitore hae omnes sere paginae eluceant, et quadam animi vigeant excitatione. Quae potissimum ignotis iuvenem illum, in cuius laudes itur, carum faciunt, notis cariorum, ut pueris religione ac bonis litteris imbuendis heu! cito erectum utrique conquerantur! Hoc quidem, aut ego fallor, quae talia exaravit, prorsus est assecuta, ut et in eius, de quo sibi dicendum censuit, tot tantisque in uno eodemque viro virtutes perspicientes, amorem, et in sui scribentis, tot tantisque solitae orationis animis et veneribus in femina deprehensis, admirationem, qui legerint, excitaret!

P. VERGILII GENINI *Minutiarum* libri duo. Editio tercia emendata et aucta. — Mediolani, ex off. S. Iosephi, MDCCC.

Tertio has *Minutias* in lucem prodisse optimus quisque laetabitur; neque iniuria, non modo bonarum litterarum ratione habita, sed etiam christiana pietatis; quippe recte scribendi ex illis virtutem veneresque auctor, ex hac autem animi motus concinne depromendi rationem hau-

serit. In Genini carminibus tamen omnia pulra inesse haud adfirmare ausim, nec, cum sint *delicta quibus ignorisse velimus*, aequo accipiam animo quedam mediocria. Nam, ut plures atque adeo ingratis in pentametris caesurae adiunctas priori collisiones omittam, num et *gratitudo pro gratia animus*, nec non *pro et superior pro praesos*, *octavo lustro pro per octo lustra, liber secundus pro liber alter atque huiusc modi alia, mihi probentur?* In universum vero iudicanti vix quicquam quod reprehendatur dignum occurret; quae, cui contigerit, haud parva laus.

A. B.

AENIGMATA

I.

(Consonantis literae permutatio).

1. Parvulus, indoctus, tamen incola bibliothecae.
2. Sordidus est vivens, mortuus grata esca voratur.
3. Hoc absit putre!. 4. Hoc redolens ad Numinis aras.
5. Sumitur in coena; colitur tamen ante tribunal.

II.

Est durum *caput* atque adamas, sed saepe vicissim Queruntur cupide, simul et madefacta fricantur. Intentis oculis tu *caudam* respice semper. Ne sis foemineus! Tibi sunt graviora petenda, Quam quae suppeditat *totus* linquenda puello.

DIGAMMA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet opus, gallice scriptum et figuris ornatum, cui titulus:

LA CHINE
par Pourias.

Aenigma a. III, n. XXI propositum his respondet:
Ara - Arar - Lar - Far - Nar - Hara - Barba.

Illud rite solutum miserunt:

Ed. Bianco; Fr. Torijano, Roma - M. Belli, *Portu Romano* - Guil. Schenz, *Ratisbona* - Th. Vinas Sch. Piar., *Tarrega* - Ios. Schmitz; Collegium Borromaeum; G. Langenberg, *Monasterio Guestphaliensi* - Ios. Wabner, *Varsavia Polon.* - H. Gini, *Taurini aquis* - Ios. Crosatti, *Poiano ad Veronam* - H. Landi, *Turriti* - A. Morchio; R. Magenta, *Genua* - Ian. Asprenas Rocco, *Neapoli* - C. Stegmüller, *Sabaria* - G. R. e schola Cattatis Cavanis, *Venetis* - Rug. Pancaro, *Consentia Brutiorum* - A. Zaboglio, *Novocomo* - St. Figielksi, *Rypino* - Alois. Rainieri, *Bergamo* - Fr. Palata, *Praga Bohem.* - Hild. Guepin, S. Dominicus de Silos, *ad Burgos* - V. Baldissera, *Glemona* - A. Sordet, *Thury en Valois* - Ad. Skrzypkowski, *Swinice, in Polonia* - I. Szymaitis, *Opitoloki, in Lithuania* - Pr. Gordon, *Mancunio* - Vict. Hoffmann, *Posen* - Ios. Ant. Schneider, *Monachio* - V. Cariolato, *Vicentia* - I. Lemette, *Rumillies, in Belgis* - Fr. Sallarés, *Sabadelo* - El. Duran, *Xeretia Sidonio* - Ad. Huza, *Grybovio* - Petr. Gomer S. P., *Madrito* - E. Schutt, *Suechtelea* - Am. Robert, *Marieville, in Canada* - A. Mager, *Sekkau* - Ios. C. A. Tr. de Lespinay; Aug. Roberge; *Chiconino, in Canada* - V. Hertel, *Mendhausen* - M. Vidal, *Palma, in ins. Majorica* - Fr. Perenyi, *Jaszbereny* - Aug. Narquet, *Monteloco* - Collegium Pontano, *Neapoli* - Iul. Sernatinge, *Dresa* - C. Perazzi, *Mengalore, in Indis* - Io. Rokosny, *Sandomiria* - P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*.

Sortitus est praemium

COLLEGIUM BORROMAEUM,

ad quod missum est FRANCISCI XAVERII REUSS Carmen in certamine poetico Hoeufftiano magna laude ornatum anno MCM, cui titulus:

IN HODIERNUM PROGRESSUM

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

nnia pulca inesse
delicta quibus igno-
uemadum mediocria.
n pentametris cae-
am, num et gratitudo
perior pro praece,
secundus pro liber
probentur? In uni-
uod reprehendatur
t, haud parva laus.

A. B.

A
utatio).

a bibliothecae.
ata esca voratur.
s ad Numinis aras.
a ante tribunal.

l saepc vicissim
acta fricantur.
emper.
ora petenda,
nda puello.

DIGAMMA.

natis interpreta-
m miserint intra-
s accipiet opus,
n, cui titulus :

in his respondet:
ra - Barba.

Belli, Portu Roma-
h. Piar., Tarrega -
engenberg, Monaste-
Polon. - H. Gini,
onam - H. Landi,
a - Ian. Asprenas
R. e schola Car-
tentia Brutorum -
o - Alois. Rainieri,
uepin, S. Dominico
A. Sordet, Thury
Polonia - I. Szy-
Mancunio - Viet.
hio - V. Cariolato,
Fr. Sallares, Sab-
a, Grybevio - Petr.
a - Am. Robert,
Ios. C. A. Tr. de
ada - V. Hertel,
ca - Fr. Perenyi,
legium Pontano,
zi, Mengalore, in
Pezzana ad Ver-

s Carmen in cer-
m anno MCM, cui

SUM

urisperitus.

ocii.

PER ORBEM

MAGNUM illud infortunium, quo Germanorum navales copiae in Malachensi litora oppressae sunt, anxi quidem vehementer moerore nostros quoque animos contristavit. *Gnesenau* navis centuriones decem et octo, tirones biscentum, nautas centum et sexaginta, iuniores optiones supra sexaginta ex Mauritaniae litoribus reduces in patriam advehebat. Constitut prope Malachensem portum, anchorisque innixa iaculatoriis exercitiis vacare coepit, cum serbuit repente atra procella, quae et intermittere exercitationes, et portum versus concurrere navis praefectum coegit. Qui quidem ad aggerem appropinquans, anchoras demitti iussit, sed tempestatis vis catenas fregit, navem corripuit, multumque iactatam hinc et inde contra scopulos tandem confregit. Kretschmann dux impavidus, dum laceratam navem fluctus paulatim obruant, ut sospitantium operam, quo melius in tanto discrimine licebat, administraret, unus ad extremam usque ruinam permansit; quin etiam ibero cuidam nautae, qui auxilium datus venerat, cordam ad illum iacenti ut sospes evaderet, suumensem, supremum grati animi pignus, tradidit, locum tam et commissum sibi imperium usque ad omnium salutem deserere renuit, seque undis corripiendum dedit. Tum iberici nautae, tum peregrini, qui in portu aderant, navibus et scaphis ad sospitando naufragos audacter et constantissime adlaborarunt, at immanis pelagi ira plurimos absumpsit, vel contra scopulos fregit, quos inter alterum quoque a praefecto, qui tabulae suffultus, postquam integrum per horam natavit, denique superatus est. Funebra Malachae solemnia peracta, ad quae, praeter superstites, angli milites convenerunt ex loricata navi *Blache*, omnesque ex mercatoriis navibus, qui in portu essent, et iberica legio, eiusque centuriones, et tribuni.

¶

Neque heic sistunt navalia infortunia. *Gelderland*, Batavorum loricata navis, ad Said Portus ostium, Anglorum navi *Pterstone* occurrit, eiusque latus impetu maximo fregit, non sine suis ipsius detimento. In Amburgensi portu *Flandria* germanica navis, dum Asiani versus proficiscitur, *Sorrentum* italicum navigium, ex Panormitanis litoribus adveniens, inopinato occurru quassavit penique submersit, ita ut vix remulcatoris navibus ad sex usque admotis confractae scaphae merces servatae fuerint.

¶

Biduo post nec gratum ferme nec speratum auspicium, advesperascente circa eadem Amburgensia moenia sole; cum enim maximae nundinae per civitatem habentur, laxantur quae electricam lucem pariunt machinae. Tenebrae inde urbem omnem obvolverunt, et officinae omnes clausae sunt, multis cum susceptorum et mercatorum querimoniis, qui in tanta populi frequentia sublatam sibi maximis luci spem inopinato viderunt.

¶

Opportunus, sane crediderim, lux illa defecisset in Petersburgensi Parvo, quod nuncupant, theatro, cum comoedia ageretur cui titulus *Fraudulentis*, israelitas foeneratores vituperans, quippe subtili fraude et gravi foeno pingues hereditates ad sese avocarent. Maximi enim contra Hebraeos tumultus inter iuvenes, praesertim qui athenaei studiis vacant, excitati, quibus cito ingravescuntibus, athenaei ludos intermittere oportuit, atque aedificium vigilibus custodiendum tradere.

¶

Discordiae vero proxime fore ut sedentur speramus, idemque confidimus de lepidis illis iurgiis, quae novissime Neo-Eboraco in urbe excitata nunciantur. Nullibi enim latius quam per Americanas foederatas civitates foeminarum nova illa emancipationis libertatisque desideria et vota provecta sunt. Muliebres iam manipuli athenaei invadunt ubique, earumque causa non sine strepitu coram comitiis et curiis omnium rerum publicarum agitat. Quod quidem ut tantum coercerent periculum, congregati sunt Neo-Eboraci sodales *Mozgivis*, hoc est « Infensi foemini », quibus insigne vexillum, uti par est, femoralia. Equis huius conventus exitus? Ignoro; at si recogitemus socios ad honorem in societatem adlectos Nu-ling-fang, Sinensium apud Americanos legatum, Coecil'um Rhodes, Thomam Lipton, ipsumque Kitchener ducem, facile erit coniicere tantorum imperatorum auspiciis victoriam novo agmini facile cessuram.

VIA TOR

VARIA

Rex florum.

Novus repertus est flos, cui patria tellus Sumatra, et Giava. Repertor fuit quidam Joseph Arnoldi, natione Italus, exercitatione medicus, quem una cum Thoma Raffles, qui Sumatram regebat, iamque Londini Zoologiam Societatem constituit, tum solatii tum scientiae causa per nemus ingens, neque ab ullo ante calcatum, errarent. Hinc nomen inditum flori: *Rafflesia Arnollii*. Anno 1819 ista fuerunt. Flos primis temporibus vix nomine notus, nunc, floricultura, in dies magis magisque spatiente tum apud privata, tum apud publica viridaria, iis tamen conditionibus, quae nativo caelo, nativoque solo sint pares, optatus et in honore coepitus est haber. Hic autem talis est, ut flores omnes longe mole antevertant; nam in circuitu tria circiter metra patet in labris; diametro autem circiter metro; ita vero calice hiatus, ut decem aquae, seu roris litra quovis mane contineat, quod viatoribus non leve solatium in siti; pondere denique septem chilogrammata aequet, ni superet. Brevi et gracili hastae innititur, purpureus, imo ruber fulget in frondibus, quae albis, quasi nivis impactae, stellis distinguuntur. Non nullis inodorus, nonnullis lene quidem, sed bene olens videtur. Nemini, si molem spectes, de principatu illius ac dominatu in reliquiam florum gentem dubium erit. Hinc, si quando nomen Rafflesiae Arnolli amissurus erit, Rex florum fugiter et iure appellabitur.

¶

Turris ex cornibus.

Turris, quae ex cornibus dicitur, in urbe Persidis principe, Ispahan est. Nomen habet quia neque lapides, neque caementa, neque lateres in ea aedificanda adhibuerunt artifices, sed ossa et cornua animalium, quae intersecta captaque fuerunt quadam solemnis venationis die, in quam centum venatorum millia incubuerunt. Post venationem convivium ingens; in convivio reiecta ossa; at cum, serventibus post convivium choreis, opus illud immane iussu regis extruderetur, factum est ut sub fine chorearum turris absolveretur praeter testudinem. Quod cum dixisset regi architectus, monuissetque opus esse illi caput bestiae cuiusdam immensae ad contignationem, quae aedificio responderet: — Praebebo — dixit barbarus,

accitoque satellite, caput miserrimi hominis amputari iussit, affigique palo, ac turri superimponi, super qua eminere adhuc dicitur. Addunt ebrium ita iussisse regem, et factum; impransum et siccum ista tulisse infelicissimum. Nos..., quae sunt narrata ab iis, qui videre, retulimus; ii, quae narrata sunt illis, retulerunt.

¶

Aurum non aurum.

Aes, quod pondere, colore, fulgore rubiginis nescio, pro auro nativo et germano prae manibus haberi possit, nuper inventum scimus atque consecutum; ductile sicut aurum, sicut aurum nobile visu. Fit cupro et antimonio commixtis ea proportione, quam subtilis dicemus, quibus addetur carbonatum magnesiae tamquam satis. Hoc autem est opus. Quatuor et nonaginta partes cupri in vasculo lateritio impones igni donec liquecant. Ubi liquefactum videris, addes antimonii partes sex, cavens ut in unum, igne faciente, conflentur. Addes inde liquentibus metallis ambobus quantum satis ex carburo magnesiae, quo specificum pondus ad aequandum auri pondus augeatur. Commixta haec bene vix fuerint, a prunis amove ut obdurecant frigentia; mallei limaeque potentia opifici danda.

¶

Ioci.

Matrimonii singulare impedimentum.

Inter impedimenta matrimonii, quod afferam, nemo recensuit. Dos uxoria lites; quis nescit? Mulier lymphata quaedam, quae vituperiis quotidianis miserum agitabat die virum, noctu insomnem sollicitudinibus, labore ac loquacitatis rabie et ipsa torquebat: — Iamque — ait — ego brevi tua culpa moriar, qui me nec dicentem audis, nec percontanti responde. — Uxori maritus: — Ita sit, uti praedicas!; alteram ducam; non est porro mulierum inopia. — Et illa, nihil morata, quasi iamdiu parasset convicuum: — Ah! furcifer, tune me fallere speras? Scio omnia, iamdiu rescihi; novam iamdiu salutationibus blandiloquis puellam in matrimonium tibi paras. — Et patiens homo: — Nequam ita — inquit — o mulier, meo mihi infortunio coniux. Nescio quid dicas, ac de qua dicas; cuius rei certiore te faciam pueram aditurus, quam tu mihi ostenderis, ipsique de futuro coniugio, te demorta, verba faciam, teque immo indicabo ista iubentem. — Improba excandescens: — Atqui, me suadente, te iura facturum uti praecipero. — Faciam te suadente — bonus vir inquit — et me iuro servaturum ea, quae mandaveris. — Tunc mulier: — Duces in matrimonium tecum filiam diaboli; haec una te digna, te improbo, te nequam, te nefario, te scelesto, te inter scelestissimos maximo, te inter improbisimos primo, te principe inter omnes, qui nefarii fuerunt a Lucifero et Cain ad Iudam Iscariontham, et Neronem, et inter futuros ad Antichristum. — Ridens et in pace maritus, nihil inde dicturus addidit suspira simulans: — Atqui, uxor, haec ego iam tentatus inveram, sed cum filiam adiisse, utique annueam, et postea parochum, hic me de impedimento gravissimo monuit, inquiens: « Non hanc tibi habere licet, infelix; qui enim diabolissam duxit matrimonio, priviganam ducere nequit, ne prima uxor ei sit et coniux et socrus ». Narrat historia intumuisse furore mulierem, et rabie crepusse disruptam. O beatus homo, cui tandem parta tranquillitas!

P. d. V.

LE LAUDI LATINE
IL CANTICO DEL SOLE
DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime ali subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compendiam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima editus cura, Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatum L. 2.50
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

T. G. Fratrum PARISI
CANDELA RUM AD SACRA OPIFICIUM
PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publice
habitis maxima re-
lata munera.

LEO PP. XIII
honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione solemne sit, suppediat.



Praecipua Tempa
cereis instruit ubique
terrarum. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingentia rerum huius-
modi pondera, pretio
francs 190 pro singulis
100 Chilogramm.

Si vero ab America
aut ab Australia petan-
tur onera (300 Chilo-
gramm. ad minimum),
pretium erit francs 225
pro 100 Chilogramm.

Nullo impedio iubentum
res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Cuivis quaerenti explicatio erit umberior.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS.

ROMAE - Via Alessandrina, 87

Prospectus Subnotationis ann. MCMI

(Vid. in secunda operculi pagina).

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

FRANCESCO CHIMINELLO. Nuovi Esercizi Latini per le Scuole classiche. Parte I per il primo anno di latino. — Novocomi edid.
Dantes Grossi, 1900.

— Nuovi Esercizi Latini per le Scuole classiche. Parte II per il secondo anno di latino. Regole fondamentali della sintassi latina. — Novocomi edid. Dantes Grossi, 1900.

La Divina Commedia di Dante Alighieri con un commento di AGOSTINO BARTOLINI. Prima edizione italiana illustrata dal ritratto di Dante e dal prospetto della seconda Cantica. Vol. II. *Purgatorio*. — Romae edid. E. Calzone et I. Villa, 1900.

Leggendo e annotando. Ricordi ed appunti per ciascun giorno dell'anno, a cura di F. R. C. — Romae ed. Desclée, Lefebvre et Soc. 1900.

Monita ad Sacerdotes ex Sacris Conciliis et Ecclesiae Patribus necnon Alphabeticum Sacerdotis. VII. — Romae edid. Desclée, Lefebvre, et Soc., 1900.